

Alte Drucke

**CONFESSIO FI=||DEI CATHOLICAE CHRISTIANA
AV=||thoritate Synodi prouincialis quæ habita est
Petr=||couiæ Anno M. D. LI. Mense Iunio ædita: || ...**

Hosius, Stanislaus

Cracoviae, 1553

DE IIS QVAE RESTANT EX SYMBOlo Peccatorum remissione. Carnis
resurrectione, & vita aeterna. Caput. LVI.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150329

sed in aliqua parte separata inueniat, manifestum est eos non esse in catholica Ecclesia. Quisquis autem est extra catholicam Ecclesiam quantalibet sit vitæ sanctimonia preditus, expers tamen est hæreditatis illius cœlestis, quam promisit Deus diligentibus se. Rursus, qui in vnitæte Ecclesiæ permanet, quamlibet grauib. sit flagitijs coopertus, quacumq; tamen hora ingemuerit, nihil est quin dubitet, quin remissionem peccatorum cōsequutus ad vitam æternam peruenire possit. Neq; enim est alibi peccatorum remissio & vitæ æternæ cōsequendæ spes, quam in Ecclesia quæ Christi corpus est.

DE IIS QVAE RESTANT EX SYMBO
lo Peccatorum remissione. Carnis resurrectione,
& vita æterna. Caput. LVI.



Tq; hæc est causa quamobrem in symbolo, posteaquam credere nos professi sumus sanctam Ecclesiam catholicam, sanctorum communionem, mox subiungimus peccatorum remissionem, carnis resurrectionem, & vitam æternam. Nulla est vitæ æternæ spes, nisi remissis peccatis sine quibus nemo nascitur mortalium, quibus cum inquinetur anima (nihil autem co inquinatum intrare possit in illam ciuitatem in qua est vita æterna), necesse est ab inquinamentis eiusmodi munda ri per peccatorum remissionem, quam assequi non licet, nisi in sancta catholica Ecclesia. Idq; per sanctorum hoc est sacramentorum communionem. Remissis autem peccatis, non est dubitandum homini Christiano, quin sit compos
futurus

Apocali xxi.

*Homili, xliiij
in Ioannem:*

I. Corint. xi.

futurus vitæ æternæ. Atq; hic est scopus ad quem omnes tēdimus, hic est finis, propter quem omnia illa credimus, quæ sunt in hoc libro commemorata. Quoniam vero, totū Deus hominem saluandum suscepit. Constat autem homo ex anima & corpore, ex eo factum est, vt carnis prius, hoc est corporum resurrectionem, posteriore vero loco vitam æternam nos credere profiteamur. Quæ carnis resurrectione, cum in Christo precesserit, licet sperare corporis quod precessit in capite. Caput Ecclesiæ Christus est. Christi corpus, Ecclesia, caput nostrum surrexit, in cælum ascendit, vbi caput, illic & membra. Carnis autem nomine, corpus humanum, resurrectionis, reuiuiscencia intelligitur, de qua nemini Christiano dubitandum est, quandoquidem vt à Ioanne Chrysostomo scriptum est. Qui docendus est esse resurrectionem, is profecto non est Christianus. Quæ obrem inconcussa fide tenenda est, cuius fidei magna est utilitas, nam & pñs in hoc mundo afflictis, precipuum solacium, & impñs terrorem adfert, qui sine modo in omnia collaberentur vicia, si post hanc vitam non sua cuiusq; factis merces tribueret. Hæc est basis totius fidei nostræ, quæ solidam esse oportet, quæ si vacillet, reliqua penè frustra creduntur. Cur autem vacillet causa non est, quandoquidem resurrectionem hanc vel reuiuiscenciam, quotidie videmus in seminibus quæ spargimus in terram, à quorum similitudine probat etiam Paulus carnis resurrectionem. Sic enim loquitur. Sed diceret aliquis. Quomodo resurgent mortui? Quali autem corpore venient? Insipiens Tu quod seminas non viuificatur, nisi prius moriatur. Et quid

quid seminas? Non corpus quod futurum est seminas, sed nudum granum, ut puta tritici, aut alicuius ceterorum, Deus autem dat illi corpus sicut vult, & unicuique seminum proprium corpus. Stultum vocat Paulus eum qui miretur, semel id posse prestare Deum in resuscitandis corporibus quod quotidie natura facit in eliciendo semine. Tu inquit semen aridum aut mortuum conijcis in terram, ibi rursus putrefactum interisse videtur, atque ita demum exiliens est terra velut renascens & reuiuiscens, nec aliter reuiuiscit granum frumenti nisi cadens in terram mortuum fuerit, ac alia multo specie renascitur, quam in scrobe conditum fuerat pusillum, vili, nigrum, ac siccum granulum infoditur humo, id putrefactum in limo, suo tempore velut reuiuiscens in teneram herbam erumpit, mox culmi, dein aristæ. At nihil horum apparebat in illo granulo quod terræ tradidisti, sua cuique semini vis inest, ea se profert, ubi rursus emerserit, ut iam aliud omnino videatur cum idem conspicias, sed renatum in meliorem formam. Ex quantulo grano, quantam arborem enatam vides? quod stirpis robur, quæ radicis ambages, quam latè sparsi rami, quæ pompa frondium, quæ florum amenitas, quæ fetuū vbertas? Nihil horum erat cum tu vile illud ac minutum granum insepelires humo, & tamen hæc omnia audebas sperare naturæ viribus fretus, & non audes idem à Deo sperare fretus illius omnipotentia? Hac similitudine carnis resurrectione probat Paulus, quæ euidentior est, quam ut de ea dubitari debeat. Est autem duplex resurrectio, nam precedent qui bona egerunt in resurrectionem vitæ, qui vero mala fecerunt

Hhh in resu

1048 12.

Ioannis 5:

in resurrectionem iudicii, id est condemnationis. Quod &
 Daniel testatus est dicens. Tunc resurgent qui sunt in ter-
 ra puluere, non quidem in vitam æternam, non autem in oppro-
 brium & confusionem æternam, unde Athanasius ita sym-
 bolum suum concludit. Ad cuius aduentum omnes homi-
 nes resurgere habent cum corporibus suis, et reddituri sunt
 de factis proprijs rationem. Et qui bona egerunt ibunt in
 vitam æternam, qui vero mala, in ignem æternum. In Apo-
 stolorum autem symbolo, neque ignis, neque opprobrii, neque
 iudicii fit vlla mentio, sed post carnis resurrectionem, mox
 concluditur, & vitam æternam. Et si autem, animæ im-
 piorum æquæ vitam æternam habebunt atque piorum, im-
 piorum tamen immortalitas, mors potius æterna quam
 vita æterna in scripturis dicitur. Unde & Paulus. Stipen-
 dia peccati mors, gratia autem Dei vita æterna, neque vnquam
 in scripturis vita æterna, nisi in bonam partem accipitur. In
 qua quid non sit, quam quid sit dicere facilius est. Non est
 ibi mors, non est ibi luctus, non est lassitudo, non est infir-
 mitas, non est fames, non sitis, non æstus, non corruptio, non
 indigentia, non tristitia. Vis nosse quid ibi sit? dicit Esaïas.
 Nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis as-
 cendit. Si in cor hominis non ascendit, cor hominis illuc
 ascendat, mundetur cor ab omni immundicia, ut possit eum
 videre qui est vita æterna. Hæc est autem vita æterna dicit
 dominus, ut cognoscant te solum verum Deum, & quem
 misisti Iesum Christum. Ea cognitio hic incipit per fidem,
 ibi consumabitur cum reuelata facie gloriam domini spec-
 culabimur. Quod ut nobis contingat gratia & misericor-
 dia

Romano. viij

Lxiiij.

Ioannis xxiij.

iiij

dia domini nostri Iesu Christi, dicamus omnes AMEN.

DE SPE. Caput LVII.



Orro ad Deum pie colendum non est quod quisque existimet solam fidem sufficere. Hæc enim qua credimus, credimus autem non modo promissionibus, verumetiam comminationibus Dei.

Quoniam vero peccatorum nostrorum nobis consensum sumus, fieri non potest, quin ea nobis timorem incutiant, qui tum salubris est, quando spe misericordiae sustentatur. Hæc igitur indiuidua fidei comes esse debet. Hæc enim quæ accipit, quod fides credit. Adeo sunt hæc duo sibi inuicem coniuncta, ut altera sine altera stare non possit.

Nam quemadmodum à Chrysostomo præclare scriptum est *Tomō 4. iuxta finem, homilia de fide spe et charitate.* Fides gloriam inchoat, spes sustinendo consummat, illa fundamentum ponit, hæc ipsum hominem construit. Illa dat principium, hæc Christianum perducit ad summum. Illa incipit credulitatis agreditur, hæc ad consummationem virtutis meditatur. Illa quod promittitur credit, hæc quod sperat iam cernit.

Videmus nunc, inquit Apostolus, per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Nec enim quisque poterit fidei fructum percipere, nisi qui spei gloriam voluerit consummare. Ut enim sine fide non habet firmitatem spes, ita sine spe fides non habet mercedem. Hæc est *Corinthi. 13.*

quæ filium prodigum ad poenitentiam erexit. De hac per *Lucæ. 15.*

prophetam dicit dominus: Quoniam sperauit in me liberabo eum. De hac scripsit Paulus. Spe salui facti sumus. Hæc *psalmo. 90.*

vocat galeam salutis. Quod quemadmodum galea, precipuum corporis nostri membrum tuetur & conseruat, dum *Romano. 8.*

Hhh ij caput